Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum XXVII

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

quanto minus decet Si non de reddi-
bus ꝓprii matrimonii quanto minus de pa-
trimonio crucifixi Sed non ſuperbiat qui
equis uel curribus uehitur quia et ligna
et lapides et alie res viles pluriꝫ ſic duci-
tur unde Criſo. Quid tibi arrogas et ma-
gna ſapis o homo qui excelſus ſup equm
ueheris quia te trahunt mulaꝫ quadri-
ge Et quale iſtud eſt Nam et ſaxa pluriꝫ
et ligna geſtantur Speciosa ueſte circum-
daris Sz reſpice pro cultu ueſtium variū
decore fulgentē et uidebis te quidē pue-
ro iaꝫ ſed ſtlimū illum uero arbori ad
mirabiles fructus ferenti magis qꝫ ꝓbenti
cernentibus uoluptatem hec Criſo. Con-
ſpice nunc bene et conſidera quo dn̄s mūdi
incedebat Cuiamus em̄ iuſtiſſimū foret
cum honorari honoris tn̄ tpre illibus tamē
deuectus et faleris uſus eſt et in hoc ſuo ho-
nore honorabilem pompam mūdi nō mode-
rate uituperauit Non em̄ fuerunt lʒ aialia
ornata frenis et ſellis deauratis et faleris
ſericatis more ſtulticie mundialis ſʒ qui-
buſdam vilibus pannis et funiculis cum
tn̄ eſſet rex regum et dn̄s dominancium
In hoc ergo facto utile humilitatis exemplum
dn̄s ſuis dereliqt ſʒ filii ſupbie ꝓh dolor
parum hoc attendunt unde legitur qꝫ cum
eraclius xpianiſſimus imperator euertens
a ſede coſdroes regis perſaꝫ per portā per
quam xp̄c in die palmarum intrauit in
equo regio et ornamentis imperialibus deco-
ratus ingredi uellet repente lapides porte de-
ſcenderunt et murum quaſi unus paries ſe
clauſerunt Sup quo cunctis ſtupentibus
angelus domini ſignum crucis i manibus
tenens ſuper portam apparuit dicens
Cum rex celoꝫ xp̄c ad paſſioꝫ ꝑ hanc por-
tam intraret non cultu regio ſʒ humili aſello
ingrediens humilitatis exemplum ſuis cul-
toribus dereliqt hijs uero dictis angelus dn̄i
abſceſſit Tunc Imperator lacrimis per-
fuſus diſcalciatus et uſqꝫ ad camiſiam
ſpoliatus crucem domini accipiens uſqꝫ
ad portam humilr baiulauit Mox qꝫ lapi-
des ad ſuum locum redierunt et i̅ tranti-
bus cunctis ingreſſum patefecerunt
Iuſticie ſpm̄ tempis ſaluator nr̄ aſino
ſedens ieroſoliaꝫ tendit qn eccie vniuſali
uel cuiqꝫ aīe fideli pſidens et eā in hoc ſe-
culo qaſi iumentum regit et poſt hanc uitā
ad uiſionem celeſtis patrie introducit
Domine ihū xp̄e qui ad paſſioꝫ
ſpontaneus aduenisti ad ueni et
michi miſero per graciaꝫ in corde meo
et qui me tunc reparaſti per crucē iam
lapſum repara per eandem beneficiā paſ-
ſionem largire michi domine ut i ōmib⁹
humilitatem et manſuetudinē cuſtodiam
ac tibi carnem et ſpm̄ totaliter ſubiciā et
ut iumentū apud te fiam quatenus in me ſe-
dens et me quaſi iumentū regens me ad
intime pacis guſtum ſupneqꝫ pacis
deſiderium ducas et tandem ad eiuſdem
pacis uiſioꝫ introducas Amen

De glorioſa dn̄i ſuſceptione cap̄m …

Et cum appropinquaret
ihc ad deſcenſum montis
oliueti multi deſcēderunt
cum eo ex quibus plures
de Jericho fuerant cum ſtatim ſubſterne-
bant ueſtimenta ſua in uia Alij autem ce-
debant ramos uirides de arboribus fruc-
tiferis quibus mons oliueti conſitus e
et ſternebant in ea ut uiaꝫ ornarent
et ne iumentū in lapidem offenderet
ne calcaret ſpinam ne laberetur in fouea-
am Mons em̄ oliueti mons uberrimus
eſt et decorus arboribus plenus ꝛ maxime
oliuarum a quibus et nomen accepit
Turba autem multa que conuenerat
ad diem feſtum in ierlm de omnibus tri-
bubus iſrahel quia omēs tenebantur ue-
nire in ierlm in paſchali ſolempnitate

ac pueri ac plebicula Jeroſolimorum cum
ſciuerint ihm aduenire tollentes ramos
oliuarum et palmarum exierunt obui-
am ei et iuerent usque ad montem oliueti
et ut regem cum ympnis et canticis cum
veſtium ſuarum et ramorum ſtratione ac
leticia magna cum honorifice ſuſcepe-
runt et ab illo loco usque irlm cum ympnis
et laudibus deduxerunt canentes gloria
laus et honor tibi ſit rex xpe redemptor
Quod diuina diſpenſatione factum eſt ad deſig-
nandum victoriam quam xpc erat in proximo
habiturus qua erat mortem moriendo
ſuperaturus et tropheo crucis de dyabolo
mortis principe triumphaturus hec pro-
ceſſio in archa federis prefigurata fuit quam
dauid in iubilo deduxit ¶ Poſt lazarum ſu-
ſcitatum et unguentum ſuper caput ihu
effuſum odore fame eius iam reſperſo in
populo per circuitum preſciens ipſe turbam
obuiam ſibi venturam aſcendit azellum
ut inter applauſus occurrencium populorum mi-
re preberet humilitatis exemplum Inter
alia quippe xpi miracula maxime mi-
raculum auditum de lazaro ad hanc deuocionem
et honorificam obuiacionem eos commouit quia
ſecundum aug. inter omnia miracula que fecit
dns noster ihc xpc lazari reſuſcitatio precipue predicatur
Iſtud enim euidencius et mirabilius ſignum
erat et ideo alcius ipſum extulit ut magis
eorum memorie imprimeretur Miraculis go
trahebantur qui verbis non mouebantur
Ubi Orig. pulcre autem turbas laudantes
deum ad deſcenſionem montis occurriſſe
legimus ut operatorem miſterii ſpiritualis
ſignificarent ſibi veniſſe de celo ubi et
beda deſcendente enim domino de monte
oliuarum turbe deſcendunt quia humili-
ato miſericordie auctore neceſſe eſt eos qui
miſericordia indigent eius veſtigia imi-
tari ¶ Cum autem turbe obuiantes pue-
niſſent ad xpm facta ſibi reuerencia p

cesserunt alijs ſequentibus ipm et ſic e-
rat xpc in medio eorum Unde ſequitur turbe
autem que precedebant et que ſequebantur
clamabant dicentes filio dauid oſanna
quod eſt vox exultancium pariter et laudancium
vel obſecrancium magis affectum indicans quam
aliquam rem ſignificans ſicut interiectio indig-
nantis dicitur nichil expreſſe deſignans
Unde ſecundum uocem nec grecus nec latinus
interpretari potuit ſed ſecundum ſenſum quidam in-
terpretantur ſaluifica vel ſaluum me fac Et
eſt oſanna verbum hebreum ex corrupto
et integro compoſitum dicitur enim Oſanna
J. littera ſubtracta quaſi oſi anna Oſi ergo cor-
ruptum anna eſt integrum Oſi autem
apud eos interpretatur ſalua vel ſaluifica
vel ſaluum fac et anna eſt interiectio obſe-
crantis ſicut apud nos heu dolentis Na
ſicut apud nos a dolente dicitur heu ſic ap
illos ab obſecrante dicitur anna et valet
apud nos utinam quod eſt ad verbum
optandi Et ideo o ſanna tantum valet quantum
utinam ſaluemur vel obſecro ſalua Et
quia hec interiectio in latino non habetur
eloquio poſuit pro ea ur Jero. obſecro
unde in ps. ubi lxx interpretes tranſtulerunt
o dne ſaluum me fac in hebreo ſcriptum eſt
anna adonai oſi anna Quod interpres ur
Jero. diligencius elucidans ita tranſtulit
obſecro domine ſalua obſecro Idem namque
ſignificat O domine per interiectionem obſecran-
tis quod obſecro domine per ipſum verbum
obſecracionis Eſt ergo oſanna quaſi oſi anna
i. ſalua obſecro et eſt una dictio vel due
per ſubtractionem unius littere et ſignificat quod
aduentus xpi ſalus ſit mundi Cui enim
ſalua ſiue ſaluifica clamabant utique
ſaluatorem credebant Unde et attendo
ſermonem intercise ſubiungunt dicentes Be-
dictus i. glorioſus ſit vel ſecundum beda Be-
dictus i. ab omni peccato ſingulariter inmunis
et immunes faciens qui venit per carnis aſ-

ſupcione i· incarnatus eſt in nomine domini i· in nomine patris et a deo premiſſus ad explendum eius voluntatem et ad glorificandum eum quia filius non in nomine ſuo ſed in nomine patris venit eum glorificando et in omnibus operibus non ſua ſed patris gloriam querendo vnde alibi Ego inquit veni in nomine patris. In hoc ergo confitentur et laudant domini aduentum. Benedictio namque que fit a nobis in deo confeſſio ſola eſt et laudacio bonorum que preſtita ſunt ab eo benedictio vero que fit a deo in nobis impletur dum eius beneficiis implemur. Vbi ſciendum quod benedicere eſt bonum dicere aut aliter deus benedicit nobis et aliter nos benedicimus deo. deus enim benedicendo nobis beneficium nobis impendit et bonos nos facit. Nam ſuum dicere eſt eius facere quia ipſe dixit et facta ſunt. Nos autem benedicendo deo non eum bonum facimus ſed tantum eius bonitatem confitemur et laudamus. Dicere enim hominis non eſt ſuum facere ſed tantum fateri et addunt rex iſrael in quo confitentur eius potenciam tum dignitatem quia credebant ipſum regnaturum temporaliter et liberaturum eos a tributo. Ipſe autem venit ad regnandum ſpiritualiter et ad liberandum totum genus humanum a dyabolo quod erat maius illo

¶ Ad literam ergo credebant quod veniſſet regnaturus temporaliter ſuper eos in regno dauid et redempturus ipſos a ſeruitute romanorum et reſtituere regnum temporale quod a romanis erat uſurpatum cuius contrarium ipſe dixit coram pylato regnum meum non eſt de hoc mundo ſed ſupple de celo et ideo applaudebant et tamquam ſuo regi. Vnde ſubiungunt et benedictum quod venit regnum patris noſtri dauid quod ſcilicet conſtitutum eſt nunc aduentu tuo contra dicerent hoc eſt de quo dictum eſt dabit illi dominus deus ſedem dauid patris ſui. Regem vero eum in teſtimonium ſue dampnacionis vocauerunt. Ex hoc enim pater quod ipſum dominum occiderunt vbi auguſtinus. Quid autem magnum fuit regi ſeculorum regem fieri hominum. Non enim rex iſrahel chriſtus ad exigendum tributum vel ferro exercitum armandum hoſteſque viſibiliter debellandos ſed rex iſrael quod mentes regat quod in eternum conſulat quod in regnum celorum credentes ſperantes amanteſque perducat. Quod ergo rex voluit eſſe iſrael dignacio eſt non promocio miſeracionis indicium non poteſtatis augmentum. Qui enim appellatus eſt in terra rex iudeorum in celis eſt dominus angelorum. Et iterum noli timere illum agnoſce qui a te laudatur et noli trepidare cum pateris quia ille ſanguis funditur per quem tuum delictum deleatur et vita redimatur. hec auguſtinus.

¶ Deinde tercio verba conuertens ad ipſum repetunt oſanna i· ſalua obſecro bis dicunt oſanna quia ſaluator eſt chriſtus ſecundum naturam vtramque ſecundum diuinam effectiue ſecundum humanam meritorie. Et ad ſciendum de qua ſalute intelligatur declarant vbi ſe velint ſaluari ſcilicet in excelſis i· celeſtibus non in infimis et terris. Salua in excelſis qui prius ſaluabis ab inferis. Ecce duplex ſalus vna in liberacione pene alia in collacione glorie vbi manifeſte oſtenditur quod aduentus chriſti non tantum hominum ſed tocius mundi ſalus eſt in celis et in terris et terrena iungens celeſtibus ut omne genu ſibi flectatur celeſtium terreſtrium et infernorum. chriſtus enim veniebat ad dandam ſalutem celeſtem et eternam et forte licet ſublimitatem regni terrenam et temporalis petebant tamen neſcientes ſimpliciter eum regem celi et angelorum predicabant. Et hoc diuina ordinacione ſignificabatur verbis laudancium cum dicebant oſanna in excelſis quod eſt ſalutem eternam a domino petere licet hoc non intelligerent ſicut et cayphas dixit mortem chriſti futuram pro ſalute mundi licet non intelligeret quid diceret vbi Criſoſtomus. Ex his ergo verbis colligitur quod deus eſt vera oſanna

[S]aluos fac interpretatur salutem autem soli deo scriptura attribuit. Et nondum quia quod dicitur in excelsis signum est quod in inferioribus non est salus sed multiplex periculum sed in excelsis que sola celestia sunt salus sine periculis invenitur. Vel etiam hoc quod dicitur hic in excelsis significatur per primum osanna quod christus est rex in terra universa per fidem et gratiam et per hoc quod hic ad secundum osanna additur in excelsis significatur quod non tantum in terris sed etiam in celestibus christus regnat quia per ipsum ea que in celis et terris sunt restaurantur. ¶ Consideranda est autem iuxta ordinem personarum qualitas meritorum qui enim vestimenta sua super asinam imposuerunt ut melius sederet apostoli fuerunt qui sua doctrina mentes hominum ut habitaculum dei essent preparaverunt per istos significari possunt qui per suas exhortationes animas erudiunt a peccatis abstrahunt virtutibus ornant et componunt ut sic ibi dominus sedeat ac quiescat. Qui autem vestimenta in via straverunt ne pes asine impingeret sancti martires sunt qui dum corpora sua animarum videlicet tegumenta propter deum ad supplicia tradunt et propter se carnis amictu exuunt qui vestimenta sua sternunt terre simplicioribus suo sanguine ostendentes per quod ad celestem celum pervenire possint. In via denique vestimenta sternunt qui exempla martirum secuti corpora sua per abstinentiam edomant ut domino iter ad mentem pateat vel exempla bona sequentibus prebeant. Quia ergo vestimentum anime est corpus hoc vestimentum in via substernimus aut per martirium aut per ieiunium aut etiam per boni operis exercitium et exemplum aut per continentie propositum. Vel vestimenta varie diversorum colorum sunt varietates diversarum virtutum que tunc in via sternimus quando ea in exemplum aliis prebemus. Felix ille anima cuius virtutes confundunt et extinguunt in aliis vitia contraria vestimenta

[S]uam ob adventum christi in via sternere est antiquam conversationem peccati deponere. Qui vero ramos de arboribus cedebant et sternebant in via ut iter asine planum et decorum redderent sancti confessores sunt qui dum verba et sanas et exempla patrum precedentium de scripturis carpentes in via dei ad auditoris animum venientis humili predicatione submittunt humilibus quasi in exemplum vivendi proponunt qui de spiritualibus arboribus ramos cedentes celestis patrie iter decorant. Vel per illos qui ramos olive ferebant significantur qui extra opera misericordie se exercitant oliva enim dei misericordiam significat. Et per illos qui ramos palmarum ferebant significantur qui circa victoriam temptationum intendunt palma enim victoriam designat. ¶ Notat autem Bernardus hic triplex obsequium christo exhiberi primo quidem iumento cui dominus insidet secundum ab hiis qui vestimenta in via prosternunt tertium ab hiis qui ramos de arboribus cedunt. Prelati ramos de arboribus cedunt cum de fide et obedientia abrahe de castitate ioseph de mansuetudine moysi ceterorumque sanctorum predicant. Seculares vero homines vestimenta prosternunt in via cum expendunt in christi obsequium non siquidem corpora sed que adiacent et necessaria sunt corporibus quasi vestimenta cum elemosinas largiuntur de terrena substantia. Religiosi sunt ipsum iumentum iuxta apostolum glorificantes et portantes deum in corpore suo hii sunt qui dicere possunt ut iumentum factus sum apud te et ego semper tecum omnes reliqui ex eo quod habundant sibi mittunt et quasi sine labore obsequuntur domino solum vero iumentum semetipsum exponit eius obsequio omnes tamen si suo quisque fidelis intentus fuerit suo ministerio procul dubio in processione erit salvatoris et cum eo in sanctam civitatem

ingrediunt᷑ Tres em̄ ꝓpheta uidit ſal-
uandas noe Iamos in arche fabricam
rdentem Iob huius mundi ſubſtantiã
bene diſpēſantem danielem in exili edu-
lio et labore abſtinencie ſtm̄ q̄ iumētū
Qui tn̄ in illa proceſſione ſic ibi ꝓmiſq̄-
e cu de trib' ordinibus ſit ſalus uti-
mon facile credo quiſq; pt̄ aduertē hec
bern. ¶ Turbe aūt p̄cedentes et ſequē-
tes utriuſq; teſtamēti ſignificant fideles
una uoce clamantes p̄ceſſit quippe iudai-
cus pp̄ls ſecutus eſt gentilis Et quia oēs
qui fuerunt uel ſunt fideles in xp̄m
mediatorem dei et hominum crediderūt
et credunt et qui p̄eūt et qui ſequūtur
clamant ſalua nos obſecro unde beda
Qz qui p̄ibant et qui ſequebant᷑ cla-
mabant oſanna ; oſanna aūt lingua
latina . ſalua nos dicit᷑ ab ipſo em̄ ſa-
lutem et p̄ores queſierunt et p̄ntes q̄-
runt et bndictū qui uenit in nomine
domini cōfitent᷑ quoniaz una ſpes una
fides eſt p̄cedencium atq; ſequencium
pp̄lorũ que em̄ p̄ores nri ex iudaico pp̄lo
crediderunt atq; amaverunt venturū
hunc nos et uenisse credimus et ama-
mus eius q; deſiderio attendimur ut
eum facie ad faciem contemplem᷑ und'
et Criſo . Qui p̄cedebant ſeniores erāt
.i. patriarche et ꝓphete ceteri q; ſancti q̄
ante aduentum xp̄i de aduentu eius et
p̄dixerunt et cognouerunt Sequentes at
iuniores .i. ap̄li et martires ceteriq; doc-
tores qui poſt aſcenſum xp̄i de ꝑtu eius
et de aſcenſu uel de opibus eius p̄dicaue-
runt et predicant Et diūſ quidem in
temporib' fuerūt tn̄ in omnibus unius
exultacionis ſp̄us fuit Et illi quidem
ꝓphantes de xp̄o uenturo clamauerunt
benedictus qui uenit in nomine domini
iſti aūt laudantes clamant de aduentu
xp̄i iam adimpleto hec Criſo . Facta eciā

xp̄i quia q̄ media mē facta ueteris
teſtamenti et noui ſunt ideo tam tur-
ba que p̄cedebat q̄ ea que ſequebatur
eum laudabat in quãtum facta xp̄i
ſunt ꝛ̄gula et exemplar eorꝫ que ī no-
uo teſtamento fiunt et que a patrib'
ueteris teſtamenti p̄figurata ſunt un̄
et bern. p̄cedebant aliqui et uiã dn̄o
parabant iſti ſunt qui uiaz parant do-
mino ad corda uirã qui uos regunt et
dirigunt greſſus uros in uiaz pacis alii
ſequebant᷑ et hii ſunt qui ꝓprie in oſtē
conſcii deuote ſectāt᷑ et adherent ſemper
ueſtigiis p̄cedentiū Erant eciã diſcipuli tã-
q̄ domeſtici lateri eius adherentes iſti
ſunt qui in clauſtris ſoli deo uiuunt ſibi
adherentes ei et eius bnplacitum cōſide-
rantes hec bn̄. per iſtos etiaz qui clama-
bant dicentes oſanna filio dauid ꝛc̄ ſig-
nificant᷑ contemplatiui qui magis deuocōi
oracionū ſunt intenti In p̄miſſ ergo in-
ſtruimur ut opibus et officiis que nobis
magis competunt inſiſtamus non enim
omnibus omnia competūt et ideo in iſta
p̄ceſſione xp̄i non unus omnia faciebat
ſꝫ alii aſinaz et pullum adducebat alii
ueſtimenta eis imponebant alii ueſtim̄ta
in uia ſternebant alii ramos cedebant
alii iubilabant et ideo unuſquiſq; id
offitium debet aſſumere ad quod uidet
magis ydoneum ſe eſſe ¶ Surge igit᷑
ſaluatoris filia tamq̄ una de filiabus
ier̄lm intuens regem ſalomonem ī honore
quam ſibi mater ſynagoga in cede na-
ſcentis miſterium reuerent᷑ exhibuit
ut inſidentem aſelli tergo uniuerſorꝫ
dn̄m uelut cum ramis oliuarum atq;
palmarum pietatis opibus uirtutūq;
triumphis iugit᷑ cōmiteris unde anſ.
Inſidentem azello celi et ꝑre dn̄m cōtēplos
tantaq; ſic pro te obſtupeſcens p̄uorꝫ
laudibus tuas inſeras clamans et dicēs

osanna filio dauid benedictus qui uenit in nomine domini Quod populus xpo cum laudibus obuiabit hoc olim per regem dauid p̄figuratum fuit cum populus post cedem golie obuians laudes exhibuit Dauid xpm p̄figurauit qui goliam i. dyabolū aduersariū nr̄m superauit Jer̄lm uisio pacis interpretatur per quam fidelis anima designat Ad hanc saluator nr̄ omni hora paratus est uenire et nos ei in occursum per contricōz debemus ire Cui eciā laudes decantamus qn̄ pccā nr̄a in cōfessione recitamus et ramos palmarum i manibus portamus qn̄ corpora nr̄a in satisfactione castigamus Insup et uestimenta nr̄a in uia prosternimus qn̄ tpalia pauperibus erogamus et cum floribus ipm honoramus qn̄ nr̄e opibus et diuersis uirtutibus nos ornamus xpm ihm q̄ uenit in nomine domini bn̄dicamus qn̄ pro bn̄ficiis nobis collatis gracias agimus Regem eum et dominū ptestamur si omia opera nr̄a cum timore dei et reuerencia operamur Pharisei ergo inuidia concitati dixerunt ad semetipsos i. intra se et ad inuicem Videtis quia nichil proficimus laborando et faciendo contra eum Ecce mundus totus post eū abiit Sermo est yperbolicus ad exprimendum q̄ multi sequebant̄ xpm ꝯplant sz nescientes per hoc eni significat̄ q̄ tot' mundus erat sequuturus eum hoc quidez sm aug̃ est uerbū pharisēoꝝ i iudeoꝝ ut dicat nichil proficim' sz in malicia nr̄a nō ualentes impedire eum Et sm eundem q̄d mirum et q̄ inuidet erat turba quia post eum abiit mūdus per quē f̄tus est mundus Criso. aūt uult q̄ hec sunt uerba phariseoꝝ credenciū tn̄ occulte ꝓpt̄ metū iudeoꝝ et q̄ dicunt hoc ut rētraherent eos a persecucione xpi ac si dicerent Quantūcumqꝫ insidiamur tanto hic augetur

et gloria eius intendit̄ Quid ergo non desistitis a tantis insidiis Quod quidem q̄ idem est cum consilio gamalielis de quo habetur in actibus Et quidam de turba phariseoꝝ ex inuidia quia contra ipm ceperunt deuocōz ipli ad ipm uidere et laudem eius audire non ualentes dixerunt ei Magister increpa et cohibe discipulos tuos et turbas te laudantes Magrm uocant quem tamen ipi dicere uolunt Cū dicerent Si tu iustꝯ et bonus esses talem applausum sustinere non deberes uilescit in ore tuoꝝ laus tua ꝯ eos increpa ubi beda Mira iudeoꝝ demencia quem magrm appellandum nō dubitant quia uerū docentem nouerant huiꝯ ipi discipulos q̄ melius edici redarguendos autumāt eū ꝗꝫ corrigere quos instituit suadent quem signis approbantibus deū clarescere uident hec beda dolebant isti de laudibus xpi et p̄mo de hoc q̄ turbe dicebāt eū bn̄dictum cum ipi ꝑputarent eū peccatorē Sc̄o quia turbe dicebant eum regem cum ipi eum reputarent ualde ignobilem Tercio quia turbe dicebant eum uenisse i nomine domini cum ipi non ꝑputarent eum esse a deo uel missum ab eo Quibus ipe respodit et ꝓphetizando de futuro sic racionabilr̄ excusauit dico uobis quia si hii tacuerint lapides clamabunt Quod et f̄m est Nam quem homines uel timore uel ꝑfidia confiteri trepidabant hunc durissima eciam elementa apte predicabant Crucifixo n. domino discipul' et noti eius p̄ timore repress̄ et laudem xpi tacentibus terra mota petre scisse et monumenta aperta quasi perhibentes testimonium sanctitatis xpi ipiꝰ morientis eum deum et totius mundi dn̄m clamabant et protestabant̄ In quo apparet duricia iudeoꝝ et hominū quia elementa conpaciunt̄ creatori suo et recognoscunt eum Vel instice si tacuerint hii i. iudei lapides i. gentiles ad modū lapidis

Pueri clamabunt laudes xpi quod factum est mortuo xpo quia iudeis mutis factis a laude eius gentiles qui dicti steriles et infructuosi erant ac ligna et lapides adorabant ad xpm conversi ipm laudabant et predicabant quia centurio et alii qui erant cum eo visis tot signis sanctitatem xpi confessi sunt dicentes Vere filius dei erat iste vere hic homo iustus erat Cottidie gentiles clamant et in xpi virtute laudare non cessant iudeis ex magna parte etiam et laudem xpi tacentibus Vel moraliter Et tacuerint hii .i. clerici lapides .i. layci clamabunt et deum bonis operibus laudabunt quod etiam cottidie in plerisque videmus impleri Sed illi qui xpm cum tanto triumpho susceperunt non diu post contraria in eo fecerunt Turba enim mobilis est et more fluctuum et ventorum movetur Quem modo venerantur contra eum postea clamat et insurgit unde Bern. ab eodem populo in eodem loco et ipso tempore paucis diebus interpositis primo cum tanto triumpho susceptus postea crucifixus est Quam dissimile est tolle tolle crucifige eum et benedictus qui venit in nomine domini osanna in excelsis Quam dissimile rex israel et non habemus regem nisi cesarem Quam dissimile rami virentes et crux flores et spine Cui prius vestimenta prosternebantur alienis etiam suis exuitur et sortem mittitur super ea Ve tibi amaritudo peccatorum nostrorum propter que diluenda tanta amaritudo necessaria est hec bern. Et quamvis xpus sepe ierlm ascenderit nunquam tamen aliquem honorem sibi exhiberi voluit nisi modo cum ad passionem ivit ut ex hoc detur intelligi quod in morte sanctorum non est dolendum sed potius gaudendum et quod sua passio erat sibi in gaudium et in magnum festum et quod predicatores propter xpm debemus gaudenter appetere mundanos autem honores vitare sicut fecit ipse qui regum honorem fugit et ad locum passionis gaudenter accessit et ut se non meritum pati demonstraret et ut ille qui est magis honoribus constitutus semper memoriam mortis habeat quia vadit ad mortem et nichil preter factum portabit secum et qui tenet corpus suum in deliciis et ornatibus cogitet quia vadit ad mortem ubi vermes corpus comedent et lacerabunt Item ut doceret quod regnum suum de hoc mundo non esset ad quod pro suo triumpho passionis et gloria resurrectionis pervenit unde beda legimus in ewangelio iohannis quod refecti de quinque panibus et duobus piscibus turbe voluerunt rapere ihesum et constituere eum regem sed ne hoc perficere possent ipse in monte fugiendo precavit Nunc autem ubi passurus ierosolimam venit non refugit eos qui se regem faciunt qui agmine glorifico et ymnis dei filio et rege dignis ad civitatem regiam ducunt non reprimit voces eorum qui regnum patriarche david in eo restaurandum et priste benedictionis dona recuperanda canunt Ut quid ergo quod prius fugiendo declinavit modo libens amplecteretur regnique quod adhuc victurus in mundo suscipere noluit iam exiturus per passionem crucis de mundo non negavit suscipere nisi ut aperte doceret quia non temporalis et terreni in terris sed eterni in celis rex esset imperii ad quod pro suo regnum per contemptum mortis et gloriam resurrectionis et triumphum ascensionis pervenit Hinc est enim quod post resurrectionem apparens discipulis ait data est michi omnis potestas in celo et in terra et cetera eiusdem loci hec beda Oratio

D Venerabile glorie tue signum fecisti domine qui ante sex dies pasche veniens in ierlm tue clementie et serenum vultus gloriam revelasti ut occurrerent tibi obviam turbe cum floribus et palmis letantes et quam videbat maiestate

Confitentes dicendo osanna filio dauid
benedictus qui uenit in nomine domini
Precor et obsecro domine per sancta et
opera tua noli me reprobare a pueris
tuis sed ostende michi lumen glorie tue
ut repleat^r os meum laude tua et cantem
gloriam tuam tota die amen ✠ De fletu
dni sup ihrlm et ingressu in eam xxxviij c.

Ntrauit aut dominus
cum predicta leticia et
fletum nec sue misera
cionis oblitus cu turba
depromeret canticum
ipe sup excidium ciuitatis assumpsit
lamentum. Miserebat^r em cordi qui os
homines saluari vult quod nobis no pa-
tuisset nisi per aliquod humanum euidens
signum. Effuse em lacrime sunt signum tris-
ticie Vnde istud euangelium in mense au-
gusto decantat^r quia ciuitas ihrlm in isto
mense pus a nabuchodonosor deinde a
Romanis destructa fuisse inuenit^r fleuit
etia et tanto honore sibi exhibito lacrimas
uoluit miscere ut ostenderet q humana
leticia cito in fletum conuertit^r et q oima
gaudia et honores mundi lacrimis et dolo-
ribus sunt admixta In celo quidem sunt
omnia pura in mundo omnia mixta in
inferno oima lutulenta Item ad dandum
exemplum prelatis q qn assumunt^r ad ho-
nores pro cura ipsi potius debent flere
suam imperfectioz et ipsi defectoz q gaudere
de sublimacione temporali Item ut leticia mu-
ndanam salubri tristicia temperemus est
em mundana leticia sicut vinu purum
quod cito inebriat nisi tempet^r meditacoe
mortis uel recordacoe aduersi preteriti uel
timore aduersi futuri Vnde Eccl. in die bo-
noru ne immemor sis maloru ¶ Vt ergo
appropinquauit non solum corporis gres-
su sed etia compassionis affectu ihrlm in qua
diu uiguerat cultus diuinus uidens no

tantu oculo corporis ciuitatem et exteri-
orem eius pulcritudine sed etiam oculo diui-
nitatis ipam impiam ciuitate in sua nece
conspirantem et preuidens eius casum et
subuersionem non de sua morte qua illi
machinabant^r sed de illius ruina et pdicoe
fleuit sed fletu compassionis sup illaz tum
ppe mala culpe que ibi multiplicata fue-
rant tum ppe mala pene que sup ciuita-
tem et ppl'm futura imminebant dicens
Quia si cognouisses et tu que ego super
te uentura cognosco et tu sed fleres meam
etiam tuam que modo exultas Sicut ego
mo^d fleo qui omnia uideo et futura cogi-
to sic et tu fleres si nunc uentura uideres
que modo quia nescis quid immineat exul-
tas Quia fons pietatis erat lacrimas co-
tinere non poterat Nec edificia planxit
parietum sed subuersioz animarum Cur uero
modo exultat ostendit^r cum subdit^r Et qui-
dem in hac die tua i. in hac tua psperita-
tis claritate et in hoc modico tpe tibi pro-
specto in quo facies uoluntatem tua assunt
tibi ea que ad pacem tibi sunt no perpetuis
nec eternitatis sed tpris solum et modico tpre
duraturam et ideo nunc gaudes quia immi-
nencia non uides Cum em se carnis uolup-
tatibus daret et uentura non pspiceret i
die sua que ad pacem et esse poterant ha-
bebat Est namqz mundana pax quam di-
ligunt impii ut sine timore peccent et li-
bere suis uoluptatibus uacent de qua in
politicis dicit^r q rubiginem contrahunt si-
cut ferrum pacem ducentes Et attende q
tempus psperitatis significat hic nomine
diei singularis postea uero dies aduersi-
tatis plr quia modica fuit psperitas in
comparacione aduersitatis Cur aut bo-
na ad pacem habuit manifestat^r cu
subiungit^r Nunc aut q modico pnti te-
pore prosperitatis et pacis abscondita
sunt ab oculis tuis tam corporalibus

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg